



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Censvræ Et Invectivæ
Ex Mvltis Aliqvot In Sanctos Patres Et Ecclesiæ Doctores,
In DD. Scholasticos Tam Antiqviores Qvam Recentiores,
Nominatim In Primarios Societ. ...**

**Bivero, Pedro de
Antverpiae, 1641**

Ex 3. Editione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73756)

Ex 3. Editione.

Pag. 18. Pueri sunt qui ista loquuntur, *scilicet homines Societatis.*

Pag. 31. Numquam bellior materia exercendi stylum, & ipsorum (*Societatis hominum*) petulantiam.

Pag. 35. In ipsos accusatores crimen illud (*impositura*) expressissimè redit.

Pag. 36. Modò non nimis sepe sua beneficia... improperarent reip. Christianæ, modò sub isto lato & magnifico prætextu non nimium sumerent licentiæ.

Pag. 40. Qui pessimo exemplo tam incomparabilis & sanctissimi Episcopi fidem suspectandam orbi theatralibus suis disputationibus propinant.

Pag. 40. Nos adulatores Principum, *haud obscure nominant.*

Pag. 43. *Auctores Thesum* verba, sententias, sensus, contorquent, mutant, conturbant; *Scriptionum scilicet, Conciliorum & SS. Patrum.*

Pag. 46. Falsum autem & omnino fabulosum est quod narrant Thesum architecti.

Pag. 48. Verba Iansenij callidissimâ arte detruncant Thesum fabri.

Pag. 51. Thesum confarcinatores.

Pag. 52. Animosè & ferociter inelamant.

Pag. 68. Thesum rapsodi imponunt Iansenio.

Pag. 69. Nec effrenem Thesum licentiam imitari volumus.

Pag. 69. *Thefes*, sepulchrum dealbatum, foris speciosum, intus plenum ossibus mortuorum.

Pag. 69. Hæc verba Iansenij aduersus frontem suam recitant cæci illi rapsodi.

Pag. 75. Reperuascere dicunt Societatem iubilariam tam puerilibus scriptis.

Pag. 80. Thesum animosi & sublimes illi architecti.

Pag. 83. *Quis* David tam audax vt leuet fundam aduersus istum Philistæum? *id est R.P. Perrum Viuerum.*

Pag. 84. O verè mortua & Echo dantis sine mente sonos verba, *R.P. Viueri scilicet.*

Pag. 84. Quæ de Baio deinde & Baianis regarrit Echo, nugæ sunt.

Pag. 85. Cetera quæ fabulatur stridula Echo, tædet rescribere: pleraque enim apertè falsa, aut vana ridiculaque sunt; *Responsa scilicet R.P. Viueri.*

Pag. 88. *Thefes* quæ Episcopum tam atrocibus suspicionibus lacerant, tot contumeliis & scommatibus sacrosanctas infulas conculcant.

FLOSCVLI ORATORII

EX LAVDATIONE FVNEBRI IANSENII,

DICTA IV. MAII

A R. D. F. IOANNE A LAPIDE

PRÆMONSTRATENSI.

P. 7. **Q**ui (*Patres Societatis*) nuper portentosis Thefibus, ausi sunt earum iacere iacula calumniarum, quibus & gloriam nominis eius (*Iansenij*) & S. Augustini existimationem non parum sauciarunt.

P. 9. *Illam* inquit, iniuriosarum Thesum istarum machina.

P. 13. *Vocat nos* Thefes prodigiosas.

P. 14. *Vocat nos* Thesum nouarum acerbos procurfiores.

P. 15. Scholas nostras prostibula famæ Pontificum à Deo electorum.

Ibid. *Dicit nos* passionum colorato perspiethio vsos in legendo Iansenio.

P. 16. Præiudiciali conuictorum pondere

obruisse Iansenium.

P. 17. *Thefes* iniustam Præfulis oppressio-nem.

Ibid. *A nobis* Episcoporum famam esse discerptam.

Ibid. Nos graui scandalo infirmorum conscientias percussisse.

Ibid. Thesum diuulgatione tantam conscientiarum illatam esse cladem, vt fructus omnis perceptus, ex quibuslibet per Theologos Societatis Collegij Louaniensis editis libris, tanto dispendio facilè superetur.

P. 18. *Insultat Societati his verbis*: O præclara Iesv Societas! Cur maculam hanc dedisti in gloria tua? Cur præuaricaris legem Domini